

IV. *Tractatus de Ambaro, a Reverendo D. D. G. J. Camello, communicatus D. Jacobo Petiverio Societatis Regiae Socio.*

*A*vicenna scribit, *Ambarum fungorum in rupibus, ac arboribus more. in Maris Alveo generari.* *Alii non secus, ac in terra fungos super marinas enasci aquas.* *Hieronymus à Huerta in Annotationibus Traductionis Plinii, certas asserit esse algas, seu excrementitias massas super Maris aquas in forma fungorum enatas, quæ recenter collectæ inodoræ, nec fragrantiam spirant, donec curentur :* Nec bituminis genus, aut balænæ esse semen eò quod ista semel indurata, nequaquam ut *Legitimum Ambarum* rarefieri queant. *Jonatius Alzina in Hist. Bisai.* eò quod aliquando & balæna evomatur, in ea nonnunquam inveniatur, & at *Indius Taesa bongansiso*, i. e. excrementum balænæ *voctur* : *Ambari* materiam algas, seu plantas esse marinas resinosas, aut resinam maris in fundo crescentium arborum, aut ex jam putridis algis, ac maris recrementis enatam mucilaginem a balænis depastam conjecturatur. *Nicolaus Monardes* bituminis genus ex fontibus in alto mari manans, quod & *Guili. du Wallig.* defendit. *Alii, & Simon Sethi* in diversis scaturire locis, & esse ejus fontes ut bituminis. *Garcias ab Orta* opinatur verisimiliter Insulas, aut terras similis c. *Ambaro* formæ inveniri. *Ferd. Lopez. Castranneda Avium Insulæ de Maldîva*, quæ herbis pascuntur odoriferis esse stercus. *Car. Clusio* narravit *Servatius Marel* esse recrementa in veræ balænæ ventriculo congesta ex materia viscosa. *Alii ex Pisce Azelo* devoratum proximè dorsi spinam eximi. *Ferd. Castrillo* liquorem piscium collectum circa eorum esophagum, ut *Brasilia* reduces testantur.

K k k k k k k k 2

tur. *Fran. Combes Iolo Incolas* excrementum esse pīscis *Gadiamina*, qui differens, & balæna major est, narrare <sup>in loco Leon</sup> refert. *alii* ex fructu quodam odorato a balæna devo-<sup>in loco Leon</sup>  
~~alii~~ <sup>in loco Piscis</sup> rato fieri volunt. *Alii* sperma, *alii* hepar, *alii* cum Sini-<sup>in loco Piscis</sup> cem amba-<sup>in loco Ambarum</sup> (qui illud *Hayano say*, vocant, i. e. preservans vestimenta à Tinea) excrementum balænæ, nonnulli maris spumam <sup>in loco Ambarum</sup> cum ejusdem scribit. *Ctesias* apud *Arist.* *Semen Elephantis.*

*Iuchsius* factitium ex ligno aloes, *Zibetho*, *Styrace* & *La-  
dano*. *Indi Lutai* apud *Combes*, ex arboris marinæ, maxi-  
mæ & aromaticæ muscosis, viscosissime fieri adherentiis aut  
acrementis. *Alii*, & hi prudentiores ex ejusdem arboris  
resina, cui opinioni & ipse author accedit, adjiciendo *Am-  
barum crudum* odoris esse expers, & adeo *Pilis* (*Amygda-  
lo-pistacea* est) resinæ simile esse, & uti hanc facile inflam-  
mabile, ut multi incauti decepti avaritiæ suæ debitas lue-  
rint poenas. *Hieronymus à Huerta* opinionem esse quo-  
rundam, *Ambarum resinam* l. *gummi* esse arborum, aut *Pini*  
<sup>† Quod &  
Odoardo  
Barbosa  
Annotat.</sup> resinam. *Thomas Bartholinus* in Actis Medico-Philosophi-  
cis *Haffnienibus* Anni 1673. Obs. 122. f. 306. † eosdem  
cum succino habere affirmat natales, (postquam videlicet  
comprobasset *Succinum arborum* esse resinam) nec dubium  
esse arbores odoratas in novo orbe similes profundere  
succos. *Tacitus* ut orientis arbores *Thura*, & *Balsama* (cur  
non & *Ambarum*?) ita & occidentis credibile sudare suc-  
cinum scribit. Ex his omnibus opinionibus & conjecturis,  
quis opinioni, *Ambari* originem ab arboribus deducen-  
tum, utpote verisimiliac probabiliori non subscrabit? More  
fungorum etenim generari valde dubium est. *Algæ*, aut  
maris recrementitiam putrilaginem materiam esse posse  
*Ambari*, non facile crediderim. *Herbas* aut arbores resi-  
niferas in ipso mari enasci neecdum constat. *Bituminis*, aut  
terræ genus esse, non est verisimile. *Fictitium* esse, fal-  
sum est. *Avium stercus*, *Elephantis semen*, *Balænæ*, aut  
alterius Piscis esse liquorem, hepar, sperma, aut excremen-  
tum, fabulosum videtur. A *Balænis nihilominus*, aut aliis  
*Cetaceis*, aliquando *Ambarum* tanquam nutritioni pror-  
sus

sus ineptum evomi, (quod & *Odoardus Barbosa* annotat) in earumve esophago, aut ventriculo nonnunquam ut indigestibile iaveniri lubens concesserim; siquidem hujuscemodi monstra oblatas os̄os, nequaquam ut pueri poma diligere, aut prælibare solent, sed quicquid fau-  
 cium eorum hiatui influxerit, ingurgitant. \* *Resinosum consimi-  
 taque salvo aliorum judicio liquorem, quem *Indi varia-**

\* *Ipsum I.*  
*Ipsum I.*  
*Ipsum I.*

rum provinciarum *Agacahac l. Hagac-hac. Bintogo l. Bin-*  
*toco. Apitono. & Malibaho. Cayancang. & Bolotic* alii vocant,  
 quemve unum eundemve cum ea siccâ, & induratâ resinâ,  
 quæ mihi de montibus *flocos*, & *Paynan* in magnis alata fuit  
 fragmentis, esse judico: *Ambari* legitimam materiam esse  
 suipicor. Verum tempestuosa obortâ procella, & pluvia-  
 rum continuatione, universali factâ inundatione à medi-  
 terraneis latebris, ac & spineta inaccessibilium montium  
 jugis, torrentium impetuoso, ac versabundo cursu præci-  
 pitanter in mare delatum, ibidemque à decumana fluctuum  
 exagitatione, & concussione æstuante marina aqua non  
 nihil emollitum ac elotum, beneficio particularum Salis  
 marini, nec non *Solis* demum accendentibus ardentissimis  
 radiis, ita immutatum, elaboratum ac præparatum, ut  
 tandem placato turbine ad littus refluis propulsus fluctibus  
 à resina recenter ex arbore collecta, aut etiam traetu tem-  
 poris in montanis desiccata, distinctissimani violento nem-  
 pe hocce beneficio acquisitam præseferat formam \*, eamve  
 prouti scilicet, plusve minusve temporis aqua marina ma-  
 ceratus, fluctuum concussione elotus, ac *Solis* excoctus, seu  
 dealbatus fuerit ardore, magis aut minus candidam. Verum  
 communiter non nisi postquam Pluviarum continuatione  
 mediterranea inundentur, & terribilium ventorum furia ex-  
 agitataαι fuerit mare, horrenda fluctuum concussione aby-  
 fos ipsos, & sinuum ac concavatum latebras everrendo  
 fordes tanti ponderis in littus rejiciuntur. Hujus conjectu-  
 ræ certum, & evidens probant. Argumentum Anno 1694.  
 Januario *Manilam* allata *Ambari* frusta grandiora, solida,  
 pura & heterogeneis carentia, in littore circa *Palagpag* colle-  
 eta. (Nota, post sub finem Februarii 1693. horribilem exor-  
 tam

*Barbosa*  
*æti, Soli,*  
*& Lu x*  
*continuo*  
*expoli-*  
*cum refi-*  
*here tis-*  
*dit.*

cam turbinem) erant autem *partim* coloris opacioris *sucini flavi*, seu facie gummi *Arabice*: vitro cristallino vix non pellucidiori de *Ilocos* missæ resinæ magis in luteum vergentia: Resinæ verò de *Paynan* allatæ propemodum similia, sed minus odora, iusta videlicet, igne ut hæc & altera facile liquefcentia, & lapideæ ferme duritiei, ita ut nec Culter nec dentes signum imprimerent. *Partim* seu latere uno ex candido grisea, varie fissa, friabilia quidem, sed omni hucusque à me viso *Ambaro* solidiora. Pro *Ambaro* autem omnium optimo genuino, & legitimo diven-dita fuerunt. Huic meæ opinioni non invitus objecerat adversarius, non posse esse *Ambarum* hujuscemodi arborum resinam, eò quod frusta maxima reperta fuerint, cui respondebam fieri posse, ut varii hujus resinæ glumi obvios inter fluctuum recursus, aut etiam torrentium decursus, utpote homogenei, & tenaces socientur, sibi cohærent aglutinentur, & in frusta majora denique abeant, ac conglomerentur. Et quid ni magna possibile est reperiri hujuscemodi resinæ frusta, cum hujates montes arbores resiniferas incredibilis alant vertitatis, & ad *Pilis* & *Lauvan* caudices saepius centenarii colligantur resinæ, & fragmenta de *Ilocos* ac *Paynan* allatæ resinæ sanè maximum fuisse glomum, unde desumpta fuerant, testentur. *Fran. Combes* in *Hist. Insularum Mindanai* f. 15. refert in littore *Iolò*. (*Batavis Insula Margarifera*) fuisse repertum frustum *Ambari*, bovin corporis trunco majus, sed resinæ ordinariae loco vix non fuisse consumptum. *Idem* referre videatur *Fran. Colin* in *Historia Philipinarum* f. 49. scribens circa *Insulam Iolò* frustum *Ambari*, grisei, & optimi inventum fuisse ultra ducentas libras pendens. Et idem *Ignatius Alzina* in *Hist. Bysiarum* recensere puto, qui dicit in *Iolò* frustum fuisse collectum corpore humano crassius, & duplo longius, vilique ob copiam distractum fuisse pretio. An. 1632. ad promontorium *Sancti Spiritus* in Costa de *Igbabao* ambari fragmentum 55 circiter librarum inventum fuit, cuius uncia 30 Imp. quia sanè optimum fuit, divenditum est.

*Indus*

*Indus* siquidem, cui fors obtigerat tres impleverat corbes, quorum duos ob cognitionis, & exinde estimationis defectum, domus sue illuminandi gratia, resinæ loco insumpserat. (his usibus Antiquitus, plerumque *Bysianis*, Ambarum à resina non distinguendo deserviebat.) idem facturus cum corbe tertio, nisi hospes magis versatus ex odoris fragrantia, fumi rectâ ascendentis distinctivo, non resinam vulgarem, sed nobilissimam, seu *Ambarum* esse prodidisset. + In *Bangahun* vetula conchylia legens, frustum magnitudinis brachii invenit, pro resina odorifera ordinaria habuit, (nam varix & multæ resinæ odoriferæ species à mari in littus propelluntur, ut *Batete*, Ambarum redolens, quam *Ambarum* quod vocant *nigrum* esse censeo; eo quod curatum, non semel pro vilicii divendatur *Ambaro*. *Dairiango*, *Raporago*, *Benzoini* redolent, *Tangay*, *Samato*. Aliis *Samata*, liquidambram, aut balsamum spírantes.) suffumigiis destinavit, & fermè in totum antequam quid rei esset edocta fuisset, consumpsit. *Ambarum* non raro valde tenax, & picis liquidae modò molle inveniri multi affirmant, quod & *Fran. Combes* insinuat dum scribit: aliquando in littore liquorem mollem, & recentem colligi, qui asservatus, nec non beneficiatus optimum esse deprehenditur *Ambarum*. Communis autem & vulgaris est opinio, quod & *Hieronymus de Fluerta* cum *Fran. Combes* affirmat, *Ambarum* crudum aut recenter collectum, fragranti carere odore: *Joh. nihilominus Botero Benes* f. 90. *Ambarum* in *Ava* prostant, & non adulteratum odoris esse summe fragrantis, ac acuti, ut naribus admotum illicet sanguinem profluere faciat. *Alphonsus de Ovalle* in *Flst.* <sup>\* Semperius de Ruinas & Minae & Ambarum odore satam, R-</sup> *Chilensi* scribit. *Griseum* esse odoris suavis, *nigrum* acutioris, differentiam verò hanc odoris, & coloris inde provebare, quod *nigrum* griseo breviori tempore in mari, ac *Soli* expositum fuerit. \* *Dealbationem* itaque *Ambari*, & duritiem, ac densitatem sali, salinisque maris particulis, prouti *Succini* Soliditatem *Thomas Baribolinus* in *Actis Medico-Philosophicis Haf.* Anno 1671. *Obs.* 57. f. 113. adscribere.

+ Caspar  
Bryam circa  
ca 1680.  
inter Adm  
& Macam.  
in alto ma-  
ri Ambari  
truncum  
pragmar-  
dera obvi-  
um habu-  
it.

\* Semperius  
de Ruinas  
& Minae &  
*Ambarum* odore  
satam, R-  
sumen  
effe ex  
maris for-  
tibus me-  
nans, &c  
ia superio-  
ra mari, se-  
repositum  
densari &  
coagulati-  
us succi-  
num, con-  
tinuus, con-  
tinuus, fet.

thus. *Ambra grisea* valde candicantis, & ut vocant finis-  
varie ex- simæ, asserto partem \* quinis conchuliis, & particulis ligni  
fam & purridi inlæante. Certum argumentum bonitatis gradum  
aterebra- à diutinitate elotionis, & mortis in maritiis tuisse asseco-  
tam. Sed quot capita, tot sententiae, abundet igitur  
 quisque suo sensu, donec tempus, & curiosorum labor  
 certiora reuelent.

---

V. A Letter from Dr William Oliver, Physician and Fellow of the Royal Society, to Mr James Petiver, F. R. S. concerning the Jesuits Bark.

S I R,

*PEru Bark*, comes from a *Tree* about the bigness of a *Plumb Tree*, with *Leaves* like *Ivy*, but not quite so big, and are always green. The *Indians* call it *Querango*. 'Tis gathered in *Autumn*, and the *Rind* taken off all round, as well from the *Trunk* as *Boughs*, which grows again in four Months, as *Cork* does: The *Trunk* is about the *Bigness* of a *Mans Thigh*: It bears a *Fruit* not unlike a *Chestnut* (except its outer *Rind* or *Shell*) which is properly call'd *China China*, and is esteem'd by the *Natives* beyond the *Bark* taken from the *Trunk* or *Boughs*. This *Account* I received from an *Ingenious Apothecary* at *Cadiz* in *Spain*, A. D. 1694. who had lived in *Peru*, and seen it growing, and gathered it several times: From this *History* I made this *Observation*, that probably *China China*, or the *Rind* of the *Fruit*, was first only in Use, and the more powerful Medicine, used in smaller quantities, and that the *Bark* of the *Tree* came not into play till some time after; when the *Vertues* of it, known in *Europe*, occasioned a greater demand for it, whether this be a just *Observation* or no, I submit to your better Judgment.